

Rudolph Christoph Henne


**Decanus Ordinis Iureconsultorum In Perantiqva Electorali Academia Erfvrtensi D.
Rudolph. Christ. Henne, Ictvs ... Solemnia Inavgvralia ... Dn. Henrici Caroli Winter
... Ad Diem XXIII. Nov. MDCCLXX. ... Indicit, Simvlqve Nonnvlla, De Privilegio
Personali, Creditori, Ad Rem Emendam Mvtvvm Danti, Orto Svper Bonis
Debitoris Concvrsv, Competente, Praemittit**

Erfordia: Aere Henrici Rvdolphi Nonnii, [1770]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1813330697>

Druck Freier  Zugang





N. K. — 2 (97.)

1. Ayres de jure principis circa molas.
2. Hüpeden de negotium quorundam in legitima ab avo institutorum cum reliquis diversorum liberorum jam defunctorum descendantibus mediatis concurrentium portione legali ejus computatione.
3. Hoffmann de venatu in terris principum Germaniae et archiepiscopatus Coloniensis non libero sed regali habendo.
4. Houmel in hapsburgiae supplementa.
5. Houmel de differentiis inter querelam inofficiosi quae parentibus ac liberis et quae fratribus competit.
6. Houmel de differentiâ ea qua inter testamentum militare et pagani testamentum in hostico conditum.
7. Houmel de furto qualificato.
8. Holtzhauer utrum poena capitali coercendus sit conatus homicidii simplicis proximus ex mente C.C. atque Marchico - Brandenburgicae.
9. Hoffmann de insignioribus defectibus jurisprudentiae criminalis Germaniae eorumque emendandorum ratione ac modis.
- Hoffmann de origine progressu et natura jurisprudentiae Criminalis Germanicae.
10. Kluegel quo processus genere ex libro censuali agendum sit.
11. Wiefand de pacto remissorio.
12. Chladenius de actibus et negotiis cum seipso.
13. Nettelblad de expensarum et pretii restitutione in retrovocatione.
14. Hoffmann specimen jurisprudentiae symbolicae veterum Germanorum.
15. Carrach pacta non sunt stricti juris sed bonae fidei.
16. Habermittel de methodo juris privati quo per Germaniam utimur.
17. Schmidt de servitutibus juris publici falso nomine sic appellatis.
18. Stellfeld de divisione territoriorum Germanicorum.
19. Schott speciem juris Digestorum ad Tit. de justitia et jure.
20. Madihn de cautelis tutelaram.
21. Henne de privilegio personali, creditori ad rem emendam mutuum danti, orto super bonis debitoris concursu, competente.
22. Herod de legatis nuptiarum causa relictis.
23. Heber ad legem Aetorianam.
24. Henne de dominio pignoris germanici in creditorem translato.
25. Henne de genuinis et spurcis litis contestationis effectibus.
26. Ayres de actu furtivum.
27. Hoffmann de usufructu in bonis filii militiam deserentis confis-
catis in Haesia parentibus adscripto.
28. Nettelblad. de decisione casuum secundum analogiam.
29. Platner de ampliando in divortio decernendis iudicium arbitrio.

30. Schott an maritus sumtus in famulo uxoris factor eo causa in
hujus bonis orto repetere jure possit?
31. ad constitutionem saxoniam de rebus cohereditariis.
32. Winklerfeld monachia j. Rom. de compensatione et jure retentionis.
33. Mencken de Julaeo jurisjurandi suspensorii haereditate incapace.
34. Pauli infidivae vitae structae an justa causa sint divortii causa.
35. Triller de jurisprudentia poetarum.
36. Reinhard de vasallo iureconsulto.

DECANVS
 ORDINIS IVRECONSVLTORVM IN PERANTIQVA
 ELECTORALI ACADEMIA ERFVRTENSI
**D. RVDOLPH. CHRIST.
 HENNE, ICTVS**


EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI
 CONSILIARIVS REGIMINIS, DICTI ORDINIS ET IVDICII PROVIN-
 CIALIS ADSESSOR, NEC NON CODICIS ET IVRIS FEVDALIS
 ANTECESSOR ORDINARIVS,

SOLEMNIA INAVGVRALIA
 NOBILISSIMI ET CLARISSIMI IVRIVM CANDIDATI
 DN. HENRICI CAROLI WINTER,

RONNEBV RGENSIS,
 ADVOCATI SAX. ELECT. ET IN DVCATV ALTENBV RG.
 IMMATRICVLATI

AD DIEM XXIII. NOV. MDCCLXX.
 IN AVDITORIO IVRIDICO COLLEGII ANSELMINI
 PERAGENDA, INDICIT,

SIMVLQVE NONNVLLA, DE PRIVILEGIO PERSONA-
 LI, CRÉDITORI, AD REM EMENDAM MVTVVM
 DANTI, ORTO SVPER BONIS DEBITORIS
 CONCVRSV, COMPETENTE,
 PRAEMITTIT.



ERFORDIAE,
 AERE HENRICI RVDOLPHI NONNII, ACADEMIAE A TYPIS.

DECANVS
GEMINVS P. DEON. VICTORINVS IN P. DEON. VICTORINVS
LIBRARIVS ACAD. P. DEON. VICTORINVS
D. R. ADOLPH. CHRIST.
HENNIGS
ICTVS

EMMENTIAE AD P. DEON. VICTORINVS P. DEON. VICTORINVS
CONSTITVTIO REGIMINIS. P. DEON. VICTORINVS ET P. DEON. VICTORINVS
CALLS AD P. DEON. VICTORINVS ET P. DEON. VICTORINVS
AVT. P. DEON. VICTORINVS

SOLEMNIA INAVGVRA
ROEM. P. DEON. VICTORINVS ET P. DEON. VICTORINVS CANDIDATI
DN. HENRICI CAROLI WINTER

AD P. DEON. VICTORINVS
AVT. P. DEON. VICTORINVS

IN P. DEON. VICTORINVS
AVT. P. DEON. VICTORINVS

AVT. P. DEON. VICTORINVS
AVT. P. DEON. VICTORINVS
AVT. P. DEON. VICTORINVS

AVT. P. DEON. VICTORINVS
AVT. P. DEON. VICTORINVS
AVT. P. DEON. VICTORINVS



§. I.


Creditorum ordo super bonis debitoris concursu, non vnam eandemque esse praerogatiuam, atque alterum prae altero ex hoc vel illo fundamento, singulari gaudere privilegio in vulgus notum est. Hunc enim in finem certae creditoribus assignatae sunt classes, iuxta quarum normam solutio ipsis fit, ita, vt vna classis quoad praelationem alteram vincat, ac potior sit. Rebus igitur sic stantibus singulare creditorum interesse postulat, vt quouis sint solliciti modo, quo altius ascendat, ac concreditores longo post se relinquunt intervallo, atque singulari desuper instituto certamine, palmarium obtineant locum.

§. II.

Eminet inter illos qui peculiari muniti sunt privilegio, creditor, qui ad rem rescindendam pecuniam dedit mutuam, teste enim VLPIANO a) vincit creditorem priorem si expressa sub conditione, mutuum fuerit datum, vt ad rem conseruandam impendatur, vt prior creditor quoad temporis prioritatem potiori iure munitus videatur b), leges tacitum pignus illi qui ad aedificiorum collapsorum restitutionem

)

pecu-



pecuniam suam erogarunt, expressis concesserunt verbis *c)* nulla habita differentia, vtrum creditor ipsi domino aedium, an vero conductori ex commissione domini mutuūm dederit *d)*.

a) in l. 5. & 6. ff. qui potiores in pignore.

b) l. 26. ff. de rebus auctorit. iud. possid.

c) l. 1. ff. in quib. caus. pign.

d) l. 24. §. 1. ff. de reb. auct. iud. possid.

§. III.

In alia omnia vero tunc eundem erit, si pecunia non in rem reparandam, sed comparandam fuerit impensa, talis enim creditor personali solummodo fruitur priuilegio, nulla ipsi concessa hypotheca tacita, nullo competente iure praelationis, recte animaduertente PAVLO *a)* & MARCIANO *b)* siquidem omnis hypotheca tacita, & inde originem trahens ius praelationis expressam supponunt legem eiusmodi pignus concedentem, quibus tacentibus ius singulare sibi non potest vindicare locum, praecipue cum Imperatores DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS *c)* vna cum Imperatore IVSTINIANO *d)* eiusmodi creditori hypothecam tacitam expressis denegent verbis, quibus album adicit calculum VLPIANVS *e)*

a) in l. 26. ff. de rebus auctorit. iud. possid.

b) in l. 34. ff. eodem


c) in l. 17. C. de pignor.

d) Nov. 136. cap. 3.

e) in l. 5. §. 17. ff. de tribut. act.

§. IV.

Ratio differentiae, quod creditor ad emendam rem, pecuniam mutuo dans, non eodem gaudeat priuilegio, quo ille est conspicuus, qui ad illam reficiendam nummos suos erogauit, in eo praecipue est ponenda, quod intersit reipublicae, ne vrbs ruinis deformatur, *a)* deinde etiam interesse priuatum ipsius domini, vicinorum & creditorum hic versatur, illius ne paternos deserere cogatur lares, horum vero ne ipsis damnum fiat, ex aedibus ruinam minitantibus *b)* & ne creditores



tores pignoris iacturam faciant *c)* quae omnia accurate sub incudem reuocauit vir quondam elegantiori iurisprudētia natus CRELLIUS *d)* singula haec autem non possunt applicari ad illum cuius pecunia res est emta, maiori enim leges illum dignantur fauore, qui collapsa erigit, & vetusta restituit, quam illum qui noua molitur aedificia, eiusmodi ope non indigentia *e)*

a) l. 7. ff. de offic. praefect.

b) l. 28. ff. de damno infecto.

c) l. 6. princ. ff. qui potior. in pign.

d) in Diss. de priuilegio pecuniae in certum usum creditae thes. 5.

e) l. 22. C. de oper. publ.

§. V.


Vt vero priuilegium personale creditori ad emendum pecuniam mutuo danti comperat, non praecise est opus, ut realem prober a debitore factam versionem, sed sufficit, modo prober, se hac sub lege & expressa conditione illam concessisse, ut ad rem emendam impendi debeat *a)* quem in finem expedit, ut in instrumento obligatorio expressa fiat huius conditionis mentio, utut inficias ire non possimus, posse etiam deficiente eiusmodi instrumento, hanc conditionem per testes & iuramenti delationem probari, animus enim dantis hic utramque facit paginam, & uti hic in pecunia ad reficiendum data sufficiens est *b)* & creditor cogi non potest, ut aedium reparandarum curam habeat *c)* ita etiam ex identitate rationis hoc sibi locum vindicat, in creditore ad emendam rem pecuniam dante, nulla etiam habetur ratio, utrum ante venditionem perfectam, utrum post illius perfectionem haec conditio accedat, recte statuente viro illustri HENRICO BROCKES *d)*.

a) arg. l. 7. ff. de exercit. act.

b) l. 1. §. 9. ff. de exerc. act.

c) l. 7. ff. eodem

d) in obseruat. for. obs. 14. §. 9.



§. VI.

Imperator quidem IUSTINIANVS *a)* videtur aequale ius tribuere illi, qui ad rem emendam credidit, cum illo, quo fruitur creditor ad rem restituendam mutuum dans, sed verbis rite expensis statim apparebit Imperatorem hac in lege expressae solum hypothecae rationem habuisse, nihilque noui statuere voluisse, sed solummodo adstruxisse, in casu constituti expressi pignoris creditorem ad rem emendam praelatione debere gaudere, prouti recte rationes subduxit Ill. quondam LEYSERVS, *b)* Quibus praefractis clarissime elucet, illud solum ab Imperatore fuisse repetitum, quod iam in prioribus legibus hac de re fuit sancitum. *c)*

a) in Nov. 97. cap. 3.

b) in meditat. ad ff. specim. 226. meditat. II.

c) l. 17. C. de pign. l. 7. qui potior. in pign.

§. VII.

Quamuis autem credens pecuniam ad rem emendam, ex hoc pacto & adiecta conditione, nullum in regula consequatur pignus, exceptio tamen adest in pupillo, si tertius quidam illius pecunia aliquid sibi comparauerit, quo in casu pupillus tacitam consequitur hypothecam, in re sua pecunia emta *a)* quod privilegium in fauorem pupillorum, & ut illorum securitati prospiciatur, procul dubio est introductum, & eo vsque extensum, ut illi etiam sit locus, si tertius pariter in pupillari sit constitutus aetate *b)* licet alias privilegiatus contra aequae privilegiatum non utatur privilegio suo,

a) l. 7. princ. ff. qui potior. in pign.

b) l. 3. ff. de rebus creditis.

Paucis hisce praemissis nunc mentio facienda est, illius, qui mihi hanc paginam fecit, & cuius in honorem prolusio haec scripta fuit, cathedram enim publicam conscendet, summorum vtriusque iuris honorum adipiscendorum causa

NOBILISSIMVS AC CLARISSIMVS
DN. HENRICVS CAROLVS WINTER,
IVRIVM CANDIDATVS PRAESTANTISSIMVS,


qui

qui ea, quae ad res ad se ipsum spectantes attinent, sequentibus consignavit verbis:

Ego Henricus Carolus Winter, auram vitalem hausi Ronneburgi in Ducatu Alienburgico MDCCXXXVII. die 16. Dec. patre viro consultissimo Frederico Guilielmo Winter, I. V. Licentiatō & Aduocato Aulico Serenissimi Ducis Gothani & Altenburgici, matre Catharina Elisabetha nata Dobermannia, cuius parens exstitit vir consultissimus Salomon Seuerus Dobermann, praefectus Ducalis Ronneburgensis. Hi parentes nihil fecerunt reliqui, nisi vt me ephebum factum christianae religionis principiis & literarum studiis rite informandum curae cordique haberent, quem in finem me scholae Ronneburgensi concrediderunt, & Rectoris tunc temporis optime meriti M. Zaumeri curae tradiderunt, quo in ludo humaniorum literarum fundamenta posui, iisque rite iactis anno MDCCLIX. post festum Michaelis me ad celeberrimam Ienensium Academiam contuli, ac collegiis philosophicis celeberrimi Polzii, perillustris Darjes, modo Academiam viadrinam ornantis, sedulo interfui, ac scholas historicas Illustris Ioachim Erdmanni Schmidtii frequentauī, ea vero quae ad Iurisprudentiam spectant, ex lectionibus Perillustris Hellfeldtii & Illustris Walchii percepi, quorum Antecessorum in me collatorum beneficiorum, memoriam numquam vlla delebit obliuio. Biennio in hac Academia transacto post festum Mich. MDCCLXI. celeberrima Lipsiensium Musarum sedes in sinum me recepit suum, quo in palaestra utriusque Hommelii senioris & iunioris lectionibus eruditus fui, illorumque solidissimas doctrinas numquam satis admirari potui, insuper etiam v. c. Breuningii collegia maximo cum fructu frequentauī, hisque absolutis die 6. Dec. MDCCLXII. Dissertationem de seruitutis altius tollendi vera ratione praeside viro celeberrimo D. Henrico Gothofredo Bauero defendi, simulque examen ordinis Iureconsultorum Lipsiensis sustinui, & vi testimonii desuper reportati dignus inuentus fui, qui in forum prodire, & clientum causas defendere possim, deinde die 16. Aprilis MDCCLXIII. tribus elaboratis speciminibus praxin iuridicam in Ducatu Altenburgico obtinui, nec minus die 16. Aug. MDCCLXVII. in singulis Electoratus Saxoni prouinciis ad causas in foro orandas, admissus fui.

cum igitur Noster omnia ea, quae ad solidam Iuris scientiam acqui-

ren-




rendam, conducunt, huc usque cum laude peregerit, studiorum fiducia fretus, Perantiquam nostram accessit Hieranam, & literis ordini nostro exhibitis, ut ad consueta specimina ab iis qui ad iurium honores adspiciant, edenda admitteretur, ea qua decet modestia petiit, cui petito laudabili locum relinquentes, textus ex utroque iure explicandos ipsi praescripsimus, & diem subeundo examini riguroso praefiximus, quibus etiam ita morem gessit, ut textus rite interpretatus sit, & ad quaestiones propositas solida dederit responsa, adeo, ut omnium calculo ad summos utriusque iuris honores, ex merito fuerit admissus, postquam reliqua, quae supersunt specimina ediderit. Quem in finem futuro die XXIII. Nov. lectionem cursoriam in l. 26. ff. de reb. auctoritat. iud. possid. recitabit, eaque absoluta Dissertationem suam inauguralem


DE


DIFFERENTIIS INTER PROCURATOREM
ET SYNDICVM VERIS SPVRIISQVE

me praeside defendet. Quibus actibus solemnibus, ut Magnus ac Consultissimus Academiae nostrae Rector, perillustres Barones, singulorum Facultatum Decani, Seniores & reliqui Academiae Proceres, cum civium corona interesse, & panegyri huic decus conciliare velint, meo & ordinis mei nomine rogantur. Publ. sub Sigillo Facult. Iurid. die 18. Nov. MDCCLXX.


L. S.







the scale towards document



m faciant e) quae omnia accurate sub incudem
n elegantiori iurisprudentiae natus CRELLIVS d)
n possunt applicari ad illum cuius pecunia res.
leges illum dignantur fauore, qui collapsa eri-
quam illum qui noua molitur aedificia, eius-
tia e)

praefect.
io infecto.
potior. in pign.
gio pecuniae in certum vsum creditae thef. s.
r. publ.

§. V.

um personale creditori ad emendum pecuniam
, non praecise est opus, vt realem prober a de-
em, sed sufficit, modo prober, se hac sub lege
illam concessisse, vt ad rem emendam impen-
finem expedit, vt in instrumento obligatorio ex-
litionis mentio, vtut inficias ire non possimus,
eiusmodi instrumento, hanc conditionem per te-
tionem probari, animus enim dantis hic vtram-
vi hic in pecunia ad reficiendum data sufficiens
i non potest, vt aedium reparandarum curam
x identitate rationis hoc sibi locum vindicat, in
rem pecuniam dante, nulla etiam habetur ra-
tionem perfectam, vtrum post illius perfectio-
edat, recte statuente viro illustri HENRICO BRO-

xercit. act.
xerc. act.

bbf. 14. §. 9.

)(2

§. VI.